

ABTEI GRVESSAV

MISSÆ DEFUNCTORUM

EX MISSALI CISTERCIENSI
NOVISSIMO DESUMPTÆ,

CUM ORDINARIO ET CANONE,
ut in ipsis servatur.

AUTHORITATE SUPERIORUM.

LUTETIÆ PARISIORUM,
Sumptibus SEBASTIANI MABRE-CRAMOISY,
Regis Typographi, viâ Jacobæâ, sub Ciconiis.

M. DC. LXIX.

CUM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

Ecclesiæ Josephinæ

MANDATUM

REVERENDISSIMI
D. D. CISTERCII GENERALIS.

NOS Frater Claudius Vaußin Abbas Ciſtercij, ſacræ Theologiæ in Facultate Pariſienſi Doctor, Chriſtianiſſimo Regi à ſanctioribus Conſiliis, & in ſupremo Burgundiæ Senatu primus Conſiliarius natus, univerſi Ciſtercienſis Ordinis Caput, ac Superior Generalis, ejuſdemque Capituli Generalis plenariâ auctoritate fungentes, univerſis totius noſtri Ciſtercienſis Ordinis Abbatibus, Abbatiſſis, Prioribus, Prioriſſis, & cæteris utriuſque ſexus regularibus perſonis, ſalutem in Domino. Cum juxta ſancti Legiſlatoris noſtri Benedicti Regulam operi Divino nihil ſit præponendum, noſtrique Ordinis auctores ſolliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis, quæ exuperat omnem ſenſum, providè ſtatuerint, ut omnes noſtri inſtituti profeſſores, mores, cantum & libros omnes ad hoc Dei opus & ad aliud commodum publicum præfati Ordinis neceſſarios, ſecundum formam morum & librorum Novi Monaſterij ſeu Archi-Cœnobij noſtri Ciſtercienſis poſſiderent: Sanè cum ad Generale ipſius regimen Dei providentiâ aſſumpti ſumus, nihil nobis antiquius eſſe putavimus, quàm ut hujuſmodi libri innumeris, quibus ſcatebant mendis ac erroribus purgati prodirent in lucem, idque curâ & ſumptibus honorabilis viri Domini Sebaſtiani Cramoiſy, Chriſtianiſſimi Regis Architypographi, Regiæ Typographiæ Curatoris, & urbis Pariſienſis Exconſulis, hac tamen lege, ne aliquis Ordinis noſtri profeſſor cujuſcumque gradus, dignitatis & conditionis, & in quocumque regno aut principatu exiſtens, ullis alijs Breviarijs majoribus & minoribus, Diurnalibus, Miſſalibus, Martyrologijs, Antiphonarijs, Gradualibus, Pſalterijs, Proceſſionalibus, Precibus Horarijs B. Virginis Mariæ, Regula D. Benedicti Abbatis, Uſibus, Ordinarijs, Bullarijs, ſeu Privilegiorum codicibus, & aliis quibuſcumque Ordini noſtro peculiaribus libris uti præſumeret. Licet autem hujuſmodi libri paulo emendatiores

quam ante visi sint, omnibus tamen maturiùs inspectis ac discussis, ac plura in illis accuratiori castigatione indigere considerans Capitulum nostrum Generale apud Cistercium mense Maio anni millesimi sexcentesimi sexagesimi septimi celebratum, tribus spectatæ eruditionis ac regularis observantiæ peritissimis viris facultatem fecit, ut spongiam omnibus erratis, apocryphis, ac minus congruis admoverent, & prædictos libros in meliorem formam redigerent. Quod cùm feliciter jam exequantur, & præ infirma valetudine nimiaque senectute dictus Dominus Sebastianus Cramoisy non possit ampliùs dictorum Librorum impressioni vacare, Privilegium istud duximus cedendum soli honorabili viro Domino Mabre-Cramoisy, Christianissimi Regis Typographo, & Regiæ Typographiæ Lupareæ Curatori, ad decennium, similibus legibus ac conditionibus, uti per præsentes concedimus. Quam ob rem vobis singulis & omnibus sub pœnâ inobedientiæ formalis, aliisque in Ordine nostro consuetis inhibemus (ut uniformitas Cistercio congenita illæsa sit) ne ullis ex præfatis libris temerè (quod absit) impreßis aut imprimendis per totum illud decennium, sine assensu dicti Domini Mabre-Cramoisy, seu in illius præjudicium uti præsumatis. Datum Cistercij, die decima octava Ianuarij, anno millesimo sexcentesimo sexagesimo nono, sub nostra & Secretarii nostri subscriptionibus, & majoris nostri sigilli appositione.

F. Claudius Abbas Cisterciensis Generalis.
De Mandato prædicti Reverendissimi D.Domini mei Abbatis Generalis,
F. Georgius Bourée à Secretis.

Summa Privilegij Christianissimi Regis.

Cautum est authoritate Regis, ne quis in ejus regno, aliisve locis ejus ditioni subjectis, *Breviaria, Diurnalia, Processionalia, Psalteria, Gradualia, Antiphonalia, Ordinaria, Vsus, privilegia, Horas B. Mariæ Virginis, Regulam S. Benedicti, aliosque libros, & Codices, Sacro & Religiosissimo Cisterciensi Ordini necessarios, & utiles*, absque Sebastiani Mabre-Cramoisy, Regis Typographi, & Regiæ Typographiæ Lupareæ Curatoris permissu imprimat aut divendat: Qui secus fecerit, mulctâ indictâ prout ampliùs in ipso diplomate continetur, mulctabitur. Lutetiæ Parisiorum die quarta Februarij anni 1669.

De mandato Regis, Le Normant.

RITVS CELEBRANDI
MISSAM PRO DEFVNCTIS.

DE HIS QVÆ OMITTUNTUR IN MISSA pro Defunctis.

IN Miſſa pro Defunctis ante Confeſſionem non dicitur Pſalmus. Judica me Deus, ſed pronuntiata Antiphona, Introibo ad Altare Dei, & reſpōſo à miniſtro, Ad Deum qui lætificat juventutem meam. dicitur ℣. Adjutorium noſtrum. Confeſſio, cum reliquis, ut infrà.

Cùm Celebrans ad Altare incipit Introitum, non ſignat ſe, ſed manu dextra extenſa, facit ſignum Crucis ſuper librum, quaſi aliquem benedicens. Non dicitur, Gloria Patri, ſed poſt Pſalmum repetitur, Requiem æternam, nec dicitur Gloria in excelſis, nec Alleluia, nec Jube domne benedicere, nec Dominus ſit in corde meo, nec oſculatur librum in fine. Non dicitur Credo, non benedicitur aqua in Calicem fundenda, dicitur tamen Oratio, Deus qui humanæ ſubſtantiæ, &c. Cùm lavat manus, in fine Pſalmi, Lavabo inter innocentes, non dicitur, Gloria Patri. Ad Agnus Dei, non dicitur, miſerere nobis, cujus loco dicitur, dona eis requiem, nec tertiò, dona nobis pacem, cujus loco dicitur, dona eis requiem ſempiternam, neque percutitur pectus. Non dicitur prima Oratio ante Communionem, ſcilicet, Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis, &c. nec datur pax. In fine non dicitur, Ite Miſſa eſt, nec, Benedicamus Domino, ſed, Requieſcant in pace. Et non datur benedictio: ſed dicto Placeat, & oſculato Altari, dicitur, ut infra, In principio erat Verbum, &c. Alia omnia, ut in aliis Miſſis.

In Miſſa ſolemni non incenſatur Altare ad Introitum, & Subdiaconus finita Epiſtola non oſculatur manum Celebrantis, nec benedicitur: Diaconus non petit benedictionem, nec oſculatur Celebrantis manum: non tenentur luminaria ad Evangelium, nec portatur incenſum, ſed duo tantùm Acolythi ſine Candelabris ſtant unus à dextris, & alter à ſiniſtris Subdiaconi tenentis librum Evangeliorum. Non incenſatur liber, nec in fine Celebrans; nec defertur liber Evangeliorum oſculandus. Oblata, & Altare incenſantur, ut aliàs: incenſatur ſolus Celebrans, & non incenſantur alij. Subdiaconus non tenet Patenam poſt Celebrantem: ſed tempore elevationis Sacramenti genuflexus in cornu Epiſtolæ illud incenſat. Miniſtri cùm aliquid porrigunt Celebranti in hac Miſſa, non oſculantur ejus manum, neque rem, quæ porrigitur.

Si diſtribuendæ ſunt candelæ, diſtribuantur poſt Epiſtolam; & accen-

dantur ad Evangelium, ad elevationem Sacramenti, & post Missam, dum fit Absolutio. Si habendus est Sermo, habeatur finita Missa ante Absolutionem.

Finita Missa, si facienda est Absolutio, Celebrans retrahit se ad cornu Epistolæ, ubi exuitur Casula, & deposito Manipulo, accipit Pluviale nigrum. Subdiaconus medius inter duos Acolythos cum candelabris accensis, defert Crucem sicut in Processionibus, præcedentibus duobus aliis Acolythis, uno cum thuribulo & navicula incensi, alio cum vase aquæ benedictæ & aspersorio: sequitur Celebrans, facta prius Altari reverentia, & Diaconus à sinistris ejus, Subdiaconus cum Cruce sistit se ad pedes tumuli, seu lecticæ mortuorum contra Altare, medius inter dictos Acolythos tenentes luminaria: Celebrans verò ex alia parte in capite loci inter Altare & tumulum, aliquantum versus cornu Epistolæ, ita ut crucem Subdiaconi respiciat: à sinistris ejus Diaconus, & propè eum alij duo Acolythi deferentes thuribulum, & vas aquæ benedictæ. Interim cantatur ℟. Libera me Domine, & circa illius finem Celebrans ponit incensum in thuribulum, benedicens illud more solito, ministrante Diacono naviculam: & finito Kyrie eleison, incipit intelligibili voce Pater noster, & secretè prosequendo reliqua, accipit aspersorium de manu Diaconi, & facta Altari reverentia, comitante eodem Diacono à dextris, & tenente fimbriam anteriorem Pluvialis, circuiens tumulum, aspergit illum aqua benedicta, ter à parte dextra, & ter à sinistra. Cùm transit ante crucem, profundè inclinat se, Diaconus verò genuflectit: posteà de manu ejusdem Diaconi accipit thuribulum, & eodem modo quo asperserat, incensat. Et rediens ad pristinum locum, Diacono tenente librum, junctis manibus dicit:

℣. Et ne nos indúcas in tentatióne.
℟. Sed líbera nos à malo.
℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine ánimam ejus. ℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen. ℣. Dómine exáudi oratiónem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Absólue, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui N. ab omni vínculo delictórum: ut in resurrectiónis glória, inter sanctos & eléctos tuos resuscitátus respíret. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Deinde Celebrans faciens Crucem manu dextra super tumulum, dicit:

℣. Réquiem ætérnam dona ei Dómine. ℟. Et lux perpétua lúceat ei. Et dicto per Cantores Requiéscant in pace. & ℟. Amen. præcedente Cruce redit cum aliis ad Sacristiam.

Si Officium fit pro pluribus defunctis, omnia dicantur in numero plurali.

Supradicta Absolutio dicitur pro quacumque persona, addito dignitatis Pontificiæ, seu Sacerdotalis titulo post nomen proprium.

✠

PRÆPARATIO AD MISSAM

PRO OPPORTUNITATE SACERDOTIS FACIENDA.

Ante Missam pro Defunctis non dicuntur Psalmi. Quàm dilecta, &c.

Antiphona.

NE reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum: neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Posteà Sacerdos dicit:

Kyrie eleïson. Christe eleïson.

Kyrie eleïson.

Pater noster qui es in cœlis, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Ego dixi, Domine, miserere mei.

℟. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

℣. Convertere Domine aliquantulùm.

℟. Et deprecare super servos tuos.

℣. Fiat misericordia tua, Domine, super nos.

℟. Quemadmodum speravimus in te.

℣. Sacerdotes tui induantur justitiam.

℟. Et sancti tui exultent.

℣. Ab occultis meis munda me, Domine.

℟. Et ab alienis parce servo tuo.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

AVres tuæ pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris, & gratiâ sancti Spiritus illumina cor nostrum: ut tuis mysteriis dignè ministrare, teque æterna charitate diligere mereamur.

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum, purifica per infusionem sancti Spiritus cogitationes cordis nostri: ut te perfectè diligere, & dignè laudare mereamur.

VRe igne sancti Spiritus renes nostros & cor nostrum, Domine: ut tibi casto corpore serviamus, & mundo corde placeamus.

MEntes nostras, quæsumus Domine, Paraclitus, qui à te procedit, illuminet: & inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

ADsit nobis, quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti: qui & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adversis.

DEus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus semper consolatione gaudere.

COnscientias nostras, quæsumus Domine, visitando purifica: ut veniens Dominus noster Iesus Christus Filius tuus, paratam sibi in nobis inveniat mansionem. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Orationes dicendæ cùm Sacerdos induitur Sacerdotalibus paramentis.

Cùm lavat manus, dicat:

DA, Domine, virtutem manibus meis ad abstergendam omnem maculam: ut sine pollutione mentis & corporis valeam tibi servire.

Ad Amictum, dum ponitur super caput dicat:

IMpone, Domine, capiti meo galeam salutis, ad expugnãdos diabolicos incursus.

Ad Albam, cùm ea induitur.

DEalba me Domine, & munda cor meũ: ut in sanguine Agni dealbatus, gaudiis perfruar sempiternis.

Ad Cingulum, dum se cingit.

PRæcinge me, Domine, cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis: ut maneat in me virtus continentiæ, & castitatis.

Ad Manipulum, dum imponitur brachio sinistro.

MEreat, Domine, portare manipulum fletus & doloris: ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.

Ad Stolam, dum imponitur collo.

REdde mihi, Domine, stolam immortalitatis, quam perdidi in prævaricatione primi parentis: & quamvis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

Ad Casulam, cùm assumitur.

DOmine, qui dixisti: Iugum meum suave est, & onus meum leve: fac, ut istud portare sic valeam, quòd consequar tuam gratiam. Amen.

GRATIARVM ACTIO post Missam.

Antiphona. Trium puerorum cantemus hymnum; quem cantabant sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Canticum. Benedicite, &c. ad libitum.

Deinde Sacerdos dicit:

Kyrie eleïson. Christe eleïsō. Kyrie eleïsō.

Pater noster qui es in cœlis, &c.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Confiteantur tibi, Dñe, omnia opera tua.

℟. Et sancti tui benedicant tibi.

℣. Exultabunt sancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus suis.

℣. Non nobis, Domine, non nobis.

℟. Sed nomini tuo da gloriam.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

DEus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius; ut nos famulos tuos nō exurat flamma vitiorū.

ACtiones nostras, quęsumus Domine, aspirando pręveni, & adjuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

DA nobis, quęsumus Domine, vitiorum nostrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

FORMA INTENTIONIS ad Missam celebrandam.

AD laudem, & gloriam sanctissimæ Trinitatis, in memoriam Salvatoris nostri Iesu Christi, Vitæ, Passionis, Mortis, ac Resurrectionis, ac in operum, & meritorum ejus, omniumque sanctorum unionem. Ad laudem quoque, & exaltationem Beatissimæ Virginis Mariæ, Cælestium Angelorum, Sanctorum, atque Sanctarum, & signanter NN. & aliorum Sanctorum; Offero etiam cum ipsorum Beatorum spirituum laudibus, Sanctorumque omnium precibus & meritis, nunc & semper, hoc, & omnia alia sacrificia, officia, orationes, & bona opera totius mundi, pro meis præsentibus, & futuris animæ, & corporis necessitatibus, in auxilium, & consolationem meam, & in remissionem omnium peccatorum meorum, quorum veram contritionem semper habere intendo, conor, & cupio, omniumque vivorum, & defunctorum meorum parentum, & consanguineorum, amicorum, inimicorum, benefactorum in spiritualibus, & temporalibus, ac illorum, quibus fui gravamen, scandalum, & occasio peccandi. Pro omni gradu sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, ac illius conservatione, augmento, & exaltatione, Christianorum Principum unione, hæresum extirpatione, Summi Pontificis salute; (Regis nostri Christianissimi incolumitate) & Animarum in Purgatorio existentium liberatione. Pro conservatione, & augmento omnium Religionum. Pro conversione omnium infidelium. Pro mihi commissis & commendatis. Denique pro illis omnibus vivis, atque defunctis, pro quibus Dominus noster Iesus Christus, & ejus Mater sciunt, & volunt me debere orare, & sacrificare; sic oro, obsecro, ac orare, obsecrare, sacrificare intendo, ac propono; ac juxta intentionem sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, Ego N. Minister, licet indignus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen. Pater. Ave.

Gratiarum Actio post Missam.

ODulcedo cordis mei, & vita animæ meæ, & jucunda requies spiritus mei, dulcis Iesu: immortales tibi ago gratias pro omnibus beneficiis mihi collatis; signanter verò, quia hodie me dignum fecisti, verum & immaculatum Corpus, & Sanguinem tuum pretiosum consecrare, pertractare, illudque tibi offerre in memoriam tuorum mirabiliū, ad tuam gloriam, & in remissionem omnium peccatorum, tam meorum, quam illorum pro quibus orare, sacrificare, & offerre proposui; illoque in salutem & consolationem animæ meę cibari & nutriri: quapropter verè dicere audeo, Cibus meus Christus, & ego ejus. Multiplico ergo, & quotiescumque respiro, multiplicare intendo meam voluntatem in infinitum in tuis laudibus. Precorque Beatissimam Virginem, Angelos, Sanctos, Sanctas, & Creaturas universas pro me immensas tibi referre gratias: Immo quia istę minimè sufficiunt, Te supplico, ut tibi ipsi gratias agere, te laudare, & glorificare complaceas: & quia dignatus es istam indignam, tuam tamen facere habitationem, dignare quoque apud ipsam perpetuam facere mansionem. Effice me hominem secundùm cor tuum. Vni me tibi intime, & totum transforma, & transmuta in te. Salva me Iesu Christe, & cunctam à me hostis antiqui depelle nequitiam, per tuam innocentissimam Passionem. Oro tandem, ut digneris gratias, & indulgentias omnes, quas hoc sacrificio, vel cōmunione mediātè acquirere, & lucrari possum, concedere, tam mihi, quam aliis vivis, & defunctis, quibus applicare proposui, quia te ipsum & pro ipsis exoro, pro quibus & tu vis, & sanctissimus Pontifex intendit hac de causa me debere orare. Amen. Pater. Ave.

ORDO MISSÆ.

SACERDOS PARATVS CVM INGREDITVR AD ALTARE,

Facta illi debita reverentia, signat se signo Crucis à fronte ad pectus, & clara voce dicit:

IN nómine Patris, & Fílii, & Spíritus sancti, Amen. Deinde junctis manibus ante pectus, incipit Antiphonam Introíbo ad Altáre Dei. Ministri ℟. Ad Deum qui lætíficat juventútem meam. Signat se dicens ℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

℟. Qui fecit cælum & terram.

Deinde junctis manibus profundè inclinatus facit Confessionem.

COnfíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro & Paulo, beáto Bernárdo, ómnibus sanctis, & vobis fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, & ópere, Percutit sibi pectus ter, dicens, mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideò precor beátam Maríam semper vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum & Paulum, beátum Bernárdum, omnes sanctos, & vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Ministri ℟.

MIsereátur tui omnípotens Deus, & dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam. Sacerdos dicit, Amen. & erigit se.

Deinde ministri repetunt Confessionem: & ubi à Sacerdote dicebatur, vobis fratres, & vos fratres, à ministris dicitur, tibi pater, & te pater.

Postea Sacerdos junctis manibus facit absolutionem, dicens:

MIsereátur vestri omnípotens Deus, & dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

Signat se signo Crucis, dicens:

INdulgéntiam, absolutiónem, & remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens & misericors Dóminus. ℟. Amen.

Et inclinatus prosequitur.

℣. Deus tu convérsus vivificábis nos.

℟. Et plebs tua lætábitur in te.

℣. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.

℟. Et salutáre tuum da nobis.

℣. Dómine exáudi oratiónem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Et extendens, ac jungens manus, clara voce dicit, Orémus, &

ascendens ad Altare dicit secretò:

AUfer à nobis, quǽsumus Dómine, iniquitátes nostras: ut ad sancta sanctórum, puris mereámur méntibus introíre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Deinde manibus junctis super Altare, inclinatus dicit:

ORámus te Dómine, per mérita Sanctórum tuórum, Osculatur Altare in medio, quorum relíquiæ hìc sunt, & ómnium sanctórum: ut indulgére dignéris ómnia peccáta mea. Amen.

Postea Celebrans signans librum signo Crucis, incipit Introitum: quo finito, junctis manibus, alternatim cum ministris dicit:

KYrie eléison. Kýrie eléison. Kýrie eléison. Christe eléison. Christe eléison. Christe eléison. Kýrie eléison. Kýrie eléison. Kýrie eléison.

Deinde osculatur Altare in medio, & versus ad populum dicit ℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Postea dicit, Orémus, & Orationes, unam aut plures, ut ordo Missæ postulat: sequitur Epistola, Gradua le, & Tractus, vel sine Tractu, ut Missa postulat.

Deinde collocato Missali ad cornu Evangelii dicit:

MUnda cor meum, ac lábia mea, omnípotens Deus, qui lábia Isaíæ Prophétæ cálculo mundásti igníto: ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre, ut sanctum Evangélium tuum dignè váleam nuntiáre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Deinde dicit ℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Et pronuntians, Sequéntia sancti Evangélii secúndùm Joánnem: Pollice dextræ manus signat librum in principio Evangelii, quod est lecturus, deinde seipsum in fronte, ore, & pectore: & ℟. Glória tibi Dómine. Quo finito ℟. Laus tibi Christe. & immediatè osculatur Altare, & versus ad populum dicit ℣. Dóminus vobíscum.

℟. Et cum spíritu tuo.

Postea dicit, Orémus, & Offertorium.

Quo dicto accipit Patenam cum Hostia; quam offerens dicit.

SUscipe sancte Pater, omnípotens ætérne Deus, hanc immaculátam hóstiam, quam ego indígnus fámulus tuus óffero tibi Deo meo vivo & vero, pro innumerabílibus peccátis, & offensiónibus, & negligéntiis meis, & pro ómnibus circumstántibus, sed & pro ómnibus fidélibus Christiánis vivis atque defúnctis: ut mihi & illis profíciat ad salútem in vitam ætérnam. Amen.

Deinde reposita Hostia super Corporale, & mittens vinum in Calicem, & aquam non benedicens, dicat.

Oratio.

DEus, qui humánæ substántiæ dignitátem mirabíliter condidísti, & mirabíliùs reformásti: da nobis per hujus aquæ & vini mystérium, ejus divinitátis esse consórtes, qui humanitátis nostræ fíeri dignátus est párticeps, Jesus

Christus Fílius tuus Dóminus noster: Qui tecum vivit & regnat, &c.

Posteà accipit Calicem, & offert, dicens.

OFférimus tibi, Dómine, cálicem salutáris, tuam deprecántes cleméntiam: ut in conspéctu divínæ majestátis tuæ, pro nostra & totíus mundi salúte, cum odóre suavitátis ascéndat. Amen.

Deinde facit lignum crucis cum Calice, & illum ponit super Corporale, & palla cooperit: tum junctis manibus super Altare, aliquantulùm inclinatus dicit.

IN spíritu humilitátis, & in ánimo contríto suscipiámur à te, Dómine: & sic fiat sacrifícium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi Dómine Deus.

Erectus expandit manus, easque in altum porrectas jungens, elevatis ad cælum oculis, & statim demissis, dicit:

VEni sanctificátor omnípotens ætérne Deus: Benedicit oblata, prosequendo, & béne ✠ dic hoc sacrifícium tuo sancto nómini præparátum.

Posteà Sacerdos lavat manus, dicens:

LAvábo inter innocéntes manus meas: & circúmdabo altáre tuum Dómine.

Ut áudiam vocem laudis: & enárrem univérsa mirabília tua.

Dómine diléxi decórem domus tuæ: & locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ímpiis ánimam meam: & cum viris sánguinum vitam meam.

In quorum mánibus iniquitátes sunt: déxtera eórum repléta est munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum: rédime me, & miserére mei.

Pes meus stetit in dirécto: in ecclésiis benedícam te Dómine. *sine* Glória Patri.

Deinde aliquantulum inclinatus in medio Altaris, junctis manibus super eo dicit:

SUscipe sancta Trínitas, hanc oblatiónem, quam tibi offérimus ob memóriam Passiónis, Resurrectiónis, & Ascensiónis Jesu Christi Dómini nostri: & in honórem beátæ Maríæ semper Vírginis, & beáti Joánnis Baptístæ, & sanctórum Apostolórum Petri, & Pauli, & istórum, & ómnium Sanctórum; ut illis profíciat ad honórem, nobis autem ad salútem: & illi pro nobis intercédere dignéntur in cælis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Postea osculatur Altare, & versus ad populum, extendens & jungens manus, voce paululum elevatâ dicit:

ORáte fratres, ut meum ac vestrum sacrifícium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

Minister, seu circumstantes respondent, alioquin ipsemet Sacerdos:

SUscípiat Dóminus sacrifícium de mánibus tuis (vel meis) ad laudem & glóriam nóminis sui, ad

utilitátem quoque noſtram, totiúſque Eccléſiæ ſuæ ſanctæ.


Sacerdos ſubmiſsâ voce dicit, Amen. Deinde manibus extenſis abſolutè ſine Orémus, ſubjungit Orationes ſecretas. Quibus finitis, cùm pervenerit ad concluſionem, clarâ voce dicit: Per ómnia ſécula ſeculórum cum Præfatione, ut in ſequentibus. Præfatio incipitur ambabus manibus poſitis hinc inde ſuper Altare: quas aliquantulùm elevat, cùm dicit, Surſum corda. Jungit eas ante pectus, & caput inclinat, cùm dicit, Grátias agámus Dómino Deo noſtro.

Deinde disjungit manus, & disjunctas tenet uſque ad finem Præfationis: quâ finitâ, iterum jungit eas, & inclinatus dicit Sanctus, Et cùm dicit, Benedíctus qui venit, ſignum Crucis ſibi producit à fronte ad pectus.









Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli & terra glória tua.

Hosánna in excélsis.

Benedíctus qui venit in nómine Dómini,

Hosánna in excélsis.


IESVS
NAZARENVS
REX
IVDEORV.

CANON MISSÆ.

Sacerdos extendens, & jungens manus, elevans ad cælum oculos, & ſtatim demittens, profundè inclinatus ante Altare, manibus ſuper eo poſitis, dicit:

TE ígitur, clementíſſime Pater, per Ieſum Chriſtũ Fílium tuũ Dóminum noſtrum, ſúpplices rogámus, ac pétimus, *Oſculatur Altare:* uti accépta hábeas, & benedícas, *Iungit manus, deinde ſignat ter ſuper oblata, dicens:* Hæc ✠ dona, hæc ✠ múnera, hæc ✠ ſancta ſacrifícia illibáta. *Extenſis manibus proſequitur.* In primis quæ tibi offérimus pro Eccléſia tua ſancta Cathólica, quam pacificáre, cuſtodíre, adunáre, & régere dignéris toto orbe terrárũ: unà cũ fámulo tuo Papa noſtro *N.* & Antíſtite noſtro *N.* & pro Rege noſtro *N.* & ómnibus orthodóxis, atque Cathólicæ & Apoſtólicæ fídei cultóribus.

Commemoratio pro vivis.

*M*Eménto Dómine, famulórum famularúmque tuárũ *N.* & *N.* *Iungit manus, orat aliquãtulum pro quibus orare intẽdit, deinde manibus extenſis proſequitur:* Et ómnium circumſtántium, quorum tibi fides cógnita eſt, & nota devótio, pro quibus tibi offérimus, vel qui tibi ófferunt hoc ſacri-

ficium laudis pro se suísque ómnibus: pro redemptióne animárum suárum, pro spe salútis & incolumitátis suæ: tibíque reddunt vota sua ætérno Deo, vivo & vero.

Infra actionem.

COmmunicántes, & memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Maríæ, genitrícis Dei & Dómini nostri Iesu Christi: Sed & beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum Petri & Pauli, Andréæ, Iacóbi, Ioánnis, Thomæ, Iacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis & Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Ioánnis & Pauli, Cosmæ & Damiáni: & ómnium Sanctórum tuórum: quorum méritis precibúsque concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxílio. Iungit manus. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Tenens manus expansas super oblata dicit:

HAnc ígitur oblatiónem servitútis nostræ, sed & cunctæ famíliæ tuæ, quæsumus Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, & in electórum tuórũ júbeas grege numerári. Iungit manus. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Quam oblatiónem tu Deus, in ómnibus.

bus, quæsumus, Signat ter super oblata bene ✠ díctam, adscrí ✠ ptam, ra ✠ tam, rationábilem, acceptabilémque fácere dignéris: Signat semel super Hostiam, & semel super Calicem: ut nobis Cor ✠ pus, & San ✠ guis fiat dilectíssimi Fílii tui Dómini nostri Iesu Christi.

QVi prídie quàm paterétur, Accipit Hostiam: accépit panem in sanctas ac venerábiles manus suas: Elevat oculos ad cælum: & elevátis óculis in cælum, ad te Deum Patrem suum omnipoténtem: Caput inclinans, dicit: tibi grátias agens, Sinistrâ tenens Hostiam, dextrâ signat super eam: bene ✠ díxit, fregit, dedítque discípulis suis, dicens: Accípite, & manducáte ex hoc omnes.

Tenens ambabus manibus Hostiam inter indices & pollices, profert verba consecrationis secretè, distinctè, & attentè.

Hoc est enim corpus meum.

Prolatis verbis consecrationis, statim Hostiam consecratam genuflexus adorat: surgit, ostendit populo, reponit super Corporale; iterùm adorat: & non disjungit pollices & indices, nisi quandò Hostia tractanda est, usque ad ablutionem digitorum. Tunc detecto Calice dicit:

SImili modo postquam cœnátum est, Ambabus manibus accipit Calicem: accípiens & hunc pręclárum Cálicem in sãctas ac venerábiles manus suas: item Caput

inclinans, dicit: tibi grátias agens, Siniſtrâ tenens Calicem, dexterâ ſignat ſuper eũ: bene ✠ díxit, dedítque diſcípulis ſuis, dicens: Accípite & bíbite ex eo omnes.

Profert verba conſecrationis ſecretè ſuper Calicem, tenens illum parùm elevatum.

Hic eſt enim Calix ſánguinis mei, novi & ętérni teſtaménti: myſtérium fídei: qui pro vobis & pro multis effundétur in remiſſiónem peccatórum.

Prolatis verbis conſecrationis, deponit Calicem ſuper Corporale, & dicens ſecretè:

Hæc quotieſcúmque fecéritis, in mei memóriam faciétis.

genuflexus adorat: ſurgit, oſtendit populo, deponit, cooperit, & iterum adorat. Deinde disjunctis manibus dicit:

Undè & mémores, Dómine, nos ſervi tui, ſed & plebs tua ſancta, ejúſdem Chriſti Fílii tui Dómini noſtri tam beátæ paſſiónis, nec non & ab ínferis reſurrectiónis, ſed & in cælos glorióſæ aſcenſiónis: offérimus præcláræ majeſtáti tuæ de tuis donis ac datis, Iungit manus, & ſignat ter ſuper Hoſtiam & Calicem ſimul: Hóſtiam ✠ puram, hóſtiam ✠ ſanctam, hóſtiam ✠ immaculátam, Signat ſemel ſuper Hoſtiam, & ſemel ſuper Calicem: Panem ✠ ſanctum vitæ ætérnæ, & Cálicem ✠ ſalútis perpétuæ.

Extensis manibus prosequitur:

SVpra quæ propítio ac seréno vultu respícere dignéris: & accépta habére, sícuti accépta habére dignátus es múnera púeri tui justi Abel, & sacrifícium Patriárchæ nostri Abrahæ: & quod tibi óbtulit summus sacérdos tuus Melchísedech, sanctum sacrifícium immaculátam hóstiam.

Profundè inclinatus junctis manibus, & super Altare positis dicit:

SVpplices te rogámus, omnípotens Deus: jube hæc perférri per manus sancti Angeli tui in sublíme altáre tuum, in conspéctu divínæ majestátis tuæ: ut quotquot, osculatur Altare, ex hac altáris participatióne, sacrosánctum Fílii tui, Iungit manus, & signat semel super Hostiam, & semel super Calicem, Corpus, ✠ & Sán✠guinem sumpsérimus. Seipsum signat, omni benedictióne cælésti, & grátiâ repleámur. Iungit manus. Per eúmdem Christum Dñm nostrum. Amē.

Cōmemoratio pro Defunctis.
Extensis manibus dicit secretò,

MEménto étiam, Dómine, famulórum famularúmque tuárum N. & N. qui nos præcessérunt cum signo fídei, & dórmiūt in somno pacis. Iungit manus, & respiciens Sacramentū orat aliquantulum pro iis defunctis, pro quibus orare intendit, deinde extensis manibus prosequitur. Ipsis Dómine,

& ómnibus in Christo quiescéntibus, locum refrigérii, lucis & pacis, ut indúlgeas, deprecámur. Iungit manus, & caput inclinat. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Manu sinistrâ super Altare positâ, dexterâ percutit sibi pectus, elatâ parum voce dicens:

NObis quoq; peccatórib⁹, deinde secretò prosequitur: fámulis tuis de multitúdine miseratiónum tuárum sperántibus, partem áliquam & societátem donáre dignéris, cum tuis sanctis Apóstolis & Martyribus: cum Ioánne, Stéphano, Mathía, Bárnaba, Ignátio, Alexándro, Marcellíno, Petro, Felicitáte, Perpétuâ, Agathâ, Lúciâ, Agnéte, Cæcíliâ, Anastásiâ, & ómnibus Sanctis tuis, intra quorum nos consórtium, non æstimátor mériti, sed véniæ, quæsumus, largítor admítte. Iungit manus Per Christum Dóminum nostrum.

PEr quem hæc ómnia, Dómine, semper bona créas, Signat ter super Hostiam & Calicem simul, dicẽs: sanctí ✠ ficas, viví ✠ ficas, bene ✠ dícis, & præstas nobis. Discooperit Calicem, genuflectit, accipit Sacramentum dexterâ, tenens sinistrâ Calicem: signat cum Hostia ter à labio ad labium Calicis, dicens, Per ip ✠ sum, & cum ip ✠ so, & in ip ✠ so, bis signat

inter Calicem & pectus, eſt tibi Deo Patri ✠ omnipoténti, in unitáte Spíritus ✠ sãcti, Elevans parum Calicem cum Hoſtia, dicit etiam ſecretò: omnis honor & glória. Reponit Hoſtiam, cooperit Calicem, genuflectit, ſurgit, & dicit:

PEr ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Iungit manus.

Orémus. Præcéptis ſalutáribus móniti, & divína inſtitutióne formáti audémus dícere.

Extendit manus.

PAter noſter, qui es in cælis: Sanctificétur nomen tuum: Advéniat regnum tuum: Fiat volúntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Panem noſtrum quotidiánum da nobis hódie: Et dimítte nobis débita noſtra, ſicut & nos dimíttimus debitóribus noſtris. Et ne nos indúcas in tentatióne.
℟. Sed líbera nos à malo.

Sacerdos ſubmiſſa voce dicit Amen.

Deinde accipit Patenam inter indicem & medium digitos, & dicit:

LIbera nos, quæſumus Dómine, ab ómnibus malis, præterítis, præséntibus, & futúris: & intercedénte beátâ & gloriósâ ſemper vírgine Dei genitríce Maríâ cum beátis Apóſtolis tuis,

Siniſtrâ pectori admotâ, ſignat ſe cum patena à fronte ad pectus dicens:

Petro & Paulo, atque Andréa, & ómnibus ſanctis, & eam oſculatur, dicens: da propítius pacem in diébus noſtris.

Submittens patenam Hoſtiæ, proſequitur:

ut ope miſericórdiæ tuæ adjúti, & à peccáto ſimus ſemper líberi, & ab omni perturbatióne ſecúri.

Diſcooperit Calicem, genuflectit, ſurgit, accipit Hoſtiã, frangit eam ſuper Calicem per medium, dicens:

Per eúmdem Dóminum noſtrum Ieſum Chriſtum Fílium tuũ.

Partem, quæ in dextera eſt, ponit ſuper Patenam. Deinde ex parte quæ in ſiniſtra remãſit, frangit particulam, dicens:

Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus ſancti Deus.

Aliam mediam partem cum ipſa ſiniſtra ponit ſuper Patenam, & dexterâ tenens particulam ſuper Calice, & ſiniſtrâ Calicem, dicit:



Cum ipſa particula ſignat ter Calicem, dicens:



Particulam ipsam immittit in Calicem, dicens secretè:

HÆc commíxtio & consecrátio Córporis & Sánguinis Dómini nostri Jesu Christi, fiat accipiéntibus nobis in vitam ætérnam. Amen.

Cooperit Calicem, genuflectit, surgit, & inclinatus Sacramento, junctis manibus, dicit:

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, dona eis réquiem.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, dona eis réquiem.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, dona eis réquiem sempitérnam.

Deinde junctis manibus super Altare, inclinatus dicit sequentes Orationes.

DOmine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spíritu sancto, per mortem tuam, mundum vivificásti: líbera me per hoc sacrosánctum Corpus & Sánguinem tuum, ab ómnibus iniquitátibus meis & univérsis malis: & fac me tuis semper inhærére mandátis, & à te numquam separári permíttas. Qui cum eódem Deo Patre & Spíritu sancto vivis & regnas Deus in sécula seculórum. Amen.

PErcéptio Córporis tui, Dómine Jesu Christe, quod ego indígnus súmere præsúmo, non mihi provéniat in judícium, & condemnatiónem: sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis & córporis, & ad medélam percipiéndam. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus sancti Deus: per ómnia sécula seculórum. Amen.

Genuflectit, surgit, & dicit:

PAnem cæléstem accípiam, & nomen Dómini invocábo.

Deinde parùm inclinatus, accipit ambas partes Hostiæ inter pollicem & indicem sinistræ manus, & Patenam inter eumdem indicem & medium, & dexterâ percutiens pectus, elevatâ aliquantulum voce dicit ter devotè, & humiliter:

DOmine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantùm dic verbo, & sanábitur ánima mea.

Posteà dexterâ se signans cum Hostia super Patena, dicit:

COrpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam, Amen.

Sumit reverenter ambas partes Hostiæ, jungit manus, & quiescit aliquantulum in meditatione sanctissimi Sacramenti. Deinde discooperit Calicem, genuflectit, colligit fragmenta, si quæ sint, extergit Patenam super Calicem, interim dicens:

QUid retríbuam Dómino pro ómnibus, quæ retríbuit mihi? Cálicem salutáris accípiam, & nomen Dómini invocábo. Laudans invocábo Dóminum, & ab inimícis meis salvus ero.

Accipit Calicem manu dexterâ, & eo se signans, dicit:

SAnguis Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam, Amen.

Sumit totum Sanguinem cum particula. Quo sumpto, si qui sint

communicandi, eos communicet, antequam ſe purificet. Poſtea dicit:

QUod ore ſúmpſimus Dómine, purâ mente capiámus: & de múnere temporáli fiat nobis remédium ſempitérnum.

Interim porrigit Calicem miniſtro, qui infundit in eo parum vini, quo ſe purificat: deinde proſequitur:

COrpus tuum, Dómine, quod ſumpſi, & Sanguis quem potávi, adhǽreat viſcéribus meis: & præſta ut in me non remáneat ſcélerum mácula, quem pura & ſancta refecérunt ſacraménta. Qui vivis & regnas in ſǽcula ſeculórum, Amen.

Abluit digitos, extergit, & ſumit ablutionem: extergit os, & Calicem, quem operit, & plicato Corporali collocat in Altari, ut priùs: deinde proſequitur Miſſam. Dicto, poſt ultimam Orationem, Dóminus vobíſcum.

℟. Et cum ſpíritu tuo.



℣. Requieſcant in pa ce. ℟. Amen.

Inclinat ſe ante medium Altaris, & manibus junctis ſuper iſtud, dicit:

PLáceat tibi ſancta Trínitas, obſéquium ſervitútis meæ, & præſta: ut ſacrifícium, quod óculis tuæ majeſtátis indígnus óbtuli, tibi ſit acceptábile, mihíque, & ómnibus, pro quibus illud óbtuli, ſit, te miseránte, propitiábile. Per Chriſtum Dóminum noſtrum, Amen.

Deinde oſculato Altari, dicit:

Inítium ſancti Evangélii ſecúndùm Joánnem.

IN princípio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. In ipſo vita erat, & vita erat lux hóminum, & lux in ténebris lucet, & ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in teſtimónium, ut teſtimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, ſed ut teſtimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognóvit. In própria venit, & ſui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis poteſtátem fílios Dei fíeri, his qui credunt in nómine ejus. Qui non ex ſanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, ſed ex Deo nati ſunt. ET VERBVM CARO FACTUM EST, & habitávit in nobis, (& vídimus glóriam ejus, glóriam quaſi unigéniti à Patre) plenum grátiæ & veritátis. ℟. Deo grátias.

MISSÆ

MISSÆ
PRO DEFUNCTIS

In Commemoratione omnium fidelium Defunctorum.

Introitus.

Requiem ætérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis. Psalm. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddétur votum in Jerúsalem: exáudi oratiónem meam, ad te omnis caro véniet. Deinde absolutè repetitur, Réquiem ætérnam, usque ad Psalmum. Oratio.

Psal. 64.

Fidélium Deus ómnium cónditor & redémptor: ⁊ animábus famulórum famularúmque tuárum, remissiónem cunctórum tríbue peccatórum: * ut indulgéntiam, quam semper optavérunt: ⁊ piis supplicatiónibus consequántur. * Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

1. Cor. 15.

Fratres: Ecce mystérium vobis dico: Omnes quidem resurgémus: sed non omnes immutábimur. In moménto, in ictu óculi, in novíssima tuba. Canet enim tuba, & mórtui resúrgent incorrúpti: & nos immutábimur. Opórtet enim corruptíbile hoc indúere incorruptiónem; & mortále hoc indúere immortalitátem. Cùm autem mortále hoc indúerit immortalitátem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absórpta est mors in victória. Ubi est mors victória tua? ubi est mors stímulus tuus? Stímulus autem mortis, peccátum est: virtus verò peccáti, lex. Deo autem grátias, qui dedit nobis victóriam per Dóminum nostrum Iesum Christum.

Graduale. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, & lux perpétua lúceat eis. ℣. In memória ætérna erit justus: ab auditióne mala non timébit. Psal. 111.

Tractus. Absólve, Dómine, ánimas ómnium fidélium defunctórum ab omni vínculo delictórũ. ℣. Et grátia tua illis succurrénte, mereántur evádere judícium ultiónis. ℣. Et lucis ætérnæ beatitúdine pérfrui.

Sequéntia sancti Evangélii secúndùm Joánnem.

Ioan. 5.

In illo témpore: Dixit Jesus turbis Judæórum: Amen, amen dico vobis: quia venit hora, & nunc est, quando mórtui áudient vocem Fílii Dei, & qui audíerint, vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetípso, sic dedit & Fílio habére vitam in semetípso: & potestátem dedit ei judícium fácere, quia Fílius hóminis est. Nolíte mirári hoc: quia venit hora, in qua omnes qui in monuméntis sunt, áudient vocem Fílii Dei. Et procédent qui bona fecérunt, in resurrectiónem vitæ: qui verò mala égerunt, in resurrectiónem judícii.

Offertorium. Dómine Jesu Christe, rex glóriæ, líbera ánimas ómnium

fidélium defunctórum de pœnis inférni, & de profúndo lacu: líbera eas de ore leónis, ne absórbeat eas tártarus, ne cadant in obscúrum: sed sígnifer sanctus Míchaël repræséntet eas in lucem sanctam: *Quam olim Abrahæ promisísti, & sémini ejus. ℣. Hóstias & preces, tibi, Dómine, laudis offérimus: tu súscipe pro animábus illis, quarum hódie memóriam fácimus: fac eas, Dómine, de morte transíre ad vitam. Quam olim.

Secreta.

Hostias, quǽsumus Dómine, quas tibi pro animábus famulórum famularúmque tuárum offérimus, propitiátus inténde: ut quibus fídei Christiánæ méritum contulísti, dones & prǽmium. Per Dóminum.

Communio. Lux ætérna lúceat eis Dómine, *Cum sanctis tuis in ætérnum quia pius es. ℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis. Cum sanctis tuis in ætérnum, quia pius es.

Postcommunio.

Animábus, quǽsumus Dómine, famulórum famularúmque tuárum orátio profíciat supplicántium: *ut eas & à peccátis ómnibus éxuas, ‡ & tuæ redemptiónis fácias esse partícipes. * Qui vivis & regnas.

Dicto Dóminus vobíscum, dícitur, Requiéscant in pace.

℟. Amen. & non datur benedictio: sed dicto secretò, Pláceat tibi sancta Trínitas, & osculato Altari, legitur Evangelium sancti Joannis. In princípio erat Verbum, ut moris est

IN DIE OBITUS, seu depositionis Defuncti.

Introitus.

Requiem ætérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis. Psalm. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddétur votum in Jerúsalem: exáudi oratiónem meam, ad te omnis caro véniet. Réquiem ætérnam. Psal. 64.

Oratio.

Deus, cui próprium est miseréri semper & párcere, ‡ te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui N. quam hódie de hoc sǽculo migráre jussísti: * ut non tradas eam in manus inimíci, neque oblivíscáris in finem; ‡ sed júbeas eam à sanctis Angelis súscipi, & ad pátriam paradísi perdúci: * ut quia in te sperávit & crédidit, ‡ non pœnas inférni sustíneat, sed gáudia ætérna possídeat. * Per Dóminum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Thessalonicénses.

Fratres: Nólumus vos ignoráre de dormiéntibus, ut non contristémini, sicut & céteri qui spem non habent. 1. Thess. 4. Si enim crédimus quòd Jesus mórtuus est, et resurréxit: ita & Deus eos qui dormiérunt per Jesum, addûcet cum eo. Hoc enim vobis dícimus in verbo Dómini: quia nos qui vívimus, qui resídui sumus in advéntum Dómini, non præveniémus eos qui dormiérunt. Quóniam ipse Dóminus in jussu, & in voce Archángeli, & in tuba Dei descéndet de cælo: & mórtui qui in Christo sunt, resûrgent primi. Deínde nos qui vívimus, qui relínquimur,

mur, simul rapiémur cum illis in nú-
bibus óbviam Christo in áëra: & sic
semper cum Dómino érimus. Ita-
que consolámini ínvicem in verbis
istis.

Psal. 22. Graduale. Si ámbulem in médio
umbræ mortis, non timébo mala,
quóniam tu mecum es Dómine.
℣. Virga tua, & báculus tuus ipsa
me consoláta sunt.

Tractus. Absólve Dómine, ánimas
ómnium fidélium defunctórum ab
omni vínculo delictórum. ℣. Et grá-
tia tua illis succurrénte, mereántur
evádere judícium ultiónis. ℣. Et lu-
cis ætérnæ beatitúdine pérfrui.

Sequéntia sancti Evangélii
secúndùm Joánnem.

Ioan. 11. IN illo témpore: Dixit Martha ad
Jesum: Dómine, si fuísses hic, fra-
ter meus non fuísset mórtuus. Sed &
nunc scio, quia quæcúmque popó-
sceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit
illi Jesus: Resúrget frater tuus. Dicit
ei Martha: Scio quia resúrget in re-
surrectióne, in novíssimo die. Di-
xit ei Jesus: Ego sum resurréctio &
vita. Qui credit in me, étiam si mór-
tuus fúerit, vivet: & omnis qui vivit,
& credit in me, non moriétur in
ætérnum. Credis hoc? Ait illi: Utí-
que Dómine, ego crédidi, quia tu
es Christus fílius Dei vivi, qui in
hunc mundum venísti.

Offertorium. Dómine Jesu Christe,
rex glóriæ, líbera ánimas ómnium
fidélium defunctórum de pœnis in-
férni, & de profúndo lacu: líbera
eas de ore leónis, ne absórbeat eas
tártarus, ne cadant in obscúrum: sed
sígnifer sanctus Míchaël repræsén-
tet eas in lucem sanctam: * Quam
olim Abrahæ promisísti, & sémini
ejus. ℣. Hóstias & preces tibi, Dómi-
ne, laudis offérimus: tu súscipe pro
animábus illis, quarum hódie me-
móriam fácimus: fac eas Dómine de
morte transíre ad vitam. Quam
olim.

Secreta.

PRopitiáre, quǽsumus Dómi-
ne, ánimæ fámuli tui N. pro
qua hóstiam laudis tibi immolámus,
majestátem tuam supplíciter depre-
cántes: ut per hæc piæ placatiónis
offícia, perveníre mereátur ad ré-
quiem sempitérnam. Per Dóminum.

Communio. Lux ætérna lúceat eis
Dómine, Cum Sanctis tuis in ætér-
num: quia pius es. ℣. Réquiem ætér-
nam dona eis Dómine: & lux per-
pétua lúceat eis. Cum sanctis.

Postcommunio.

PRæsta quǽsumus, omnípotens
Deus: * ut ánima fámuli tui N.
quæ hódie de hoc sǽculo migrávit, †
his sacrifíciis purgáta, & à peccátis
expedíta, indulgéntiam páriter &
réquiem cápiat sempitérnam. * Per
Dóminum nostrum.

¶ In die iii. vii. & trigesimo depo-
sitionis defuncti, dicitur Missa ut su-
prà, exceptis Orationibus, quæ di-
cuntur ut infrà.

Oratio.

QUǽsumus Dómine, * ut áni-
mæ fámuli tui N. cujus depo-
sitiónis diem tértium (vel) sépti-
mum (vel) trigésimum, commemo-
rámus, sanctórum atque electórum
tuórum largíri dignéris consór-
tium: † & rorem misericórdiæ tuæ
perénnem infúndas. * Per Dóminum.

Secreta.

MUnera, quǽsumus Dómine,
quæ tibi pro ánima fámuli

tui N. offérimus, placátus inténde: ut remédiis purgáta cæléstibus, in tua pietáte requiéscat. Per Dóminũ.

Postcommunio.

SUscipe, Dómine, preces nostras pro ánima fámuli tui N.* ut si quæ ei máculæ de terrénis contágiis adhæsérunt, ✝ remissiónis tuæ misericórdia deleántur. * Per Dóminum.

IN ANNIVERSARIO Defunctorum. Introitus.

REquiem ætérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat

Psal. 64. eis. Psalm. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddétur votum in Jerúsalem: exáudi oratiónem meam, ad te omnis caro véniet. Réquiem ætérnam.

Oratio in officio Mensis.

PRæsta Dómine, quǽsumus,* ut ánimæ famulórum famularúmque tuárum, quorum anniversárium depositiónis diem commemorámus: ✝ indulgéntiam páriter, & réquiem cápiant sempitérnam.* Per Dóminum.

Alia Oratio. Deus véniæ largítor. ut infrà. 22.

Alia Oratio. Fidélium Deus ómnium. ut infrà. 23.

Léctio libri Machabæórum.

2. Mac. 12. IN diébus illis: Vir fortíssimus Judas, collatióne facta, duódecim míllia drachmas argénti misit Jerosólymam offérri pro peccátis mortuórum sacrifícium, bene & religiósè de resurrectióne cógitans. Nisi enim eos qui cecíderant, resurrectúros speráret, supérfluum viderétur & vanum oráre pro mórtuis. Et quia considerábat, quòd hi qui cum pietáte dormitiónem accéperant, óptimam habérent repósitam grátiam. Sancta ergo & salúbris est cogitátio pro defúnctis exoráre: ut à peccátis solvántur.

Graduale. Si ámbulem in médio Psal. 22. umbræ mortis, non timébo mala quóniam tu mecum es Dómine. ℣. Virga tua, & báculus tuus ipsa me consoláta sunt.

Tractus. Absólve Dómine, ánimas ómnium fidélium defunctórum ab omni vínculo delictórũ. ℣. Et grátia tua illis succurrénte, mereántur evádere judícium ultiónis. ℣. Et lucis ætérnæ beatitúdine pérfrui.

Sequéntia sancti Evangélii secúndùm Joánnem.

IN illo témpore: Dixit Jesus turbis Judæórum. Omne quod dat Ioan. 6. mihi Pater, ad me véniet, & eum, qui venit ad me, non ejíciam foras: quia descéndi de cælo, non ut fáciam voluntátem meam, sed voluntátem ejus qui misit me. Hæc est autem volúntas ejus qui misit me, Patris: ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resúscitem illud in novíssimo die. Hæc est autem volúntas Patris mei, qui misit me: ut omnis qui videt Fílium, & credit in eum, hábeat vitam ætérnam. Et ego resuscitábo eum in novíssimo die.

Offertorium. Dómine Jesu Christe, rex glóriæ, líbera ánimas ómnium fidélium defunctórum de pœnis inférni, & de profúndo lacu: líbera eas de ore leónis, ne absórbeat eas tártarus, ne cadant in obscúrum: sed

signifer

sígnifer sanctus Míchaël repræséntet eas in lucem sanctam: *Quam olim Abrahæ promisísti, & sémini ejus. ℣. Hóstias & preces tibi, Dómine, laudis offérimus: tu súscipe pro animábus illis, quarum hódie memóriam fácimus: fac eas Dómine de morte transíre ad vitam. Quam olim. Secreta.

EXáudi, Dómine, supplicatiónes nostras, ut ánimas famulórum famulárumque tuárum, pro quibus tibi offérimus sacrifícium, sanctis & eléctis tuis sociáre dignéris. Per Dóminum nostrum.

Alia Secreta. Deus cujus misericórdiæ. ut infrà. 24.

Alia Secreta. Hóstias, quæsumus Dómine. ut infrà. 24.

Communio. Lux ætérna lúceat eis Dómine, *Cum sanctis tuis in ætérnum, quia pius es. ℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis. Cum sanctis.

Postcommunio.

SUscipe, Dómine, preces nostras, pro animábus famulórum, famularúmque tuárum, * ut si quæ eis máculæ de terrénis contágiis adhæsérunt, ⸮ remissiónis tuæ misericórdia deleántur. * Per Dóminum.

Alia Postcommunio. Præsta quæsumus. ut infrà. 24.

Alia Postcommunio. Animábus, quæsumus. ut infrà. 24.

¶ Si pro uno fiat anniversarium, prædictæ Orationes dicuntur in singulari numero, & omittuntur Orationes. Deus véniæ. & Fidélium.

In solemnibus verò Anniversariis mensium Januarii, Maii, Septembris, & Novembris, unica dicitur Oratio, ut infrà assignatur.

In solemni Anniversario Januarii.

Dicitur Missa, ut in Commemoratione omnium fidelium defunctorum. 17. cum sequentibus Orationibus. Oratio.

DEus qui inter Apostólicos Sacerdótes, fámulos tuos Pontificáli, seu Sacerdotáli fecísti dignitáte vigére, ⸮ præsta quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregéntur consórtio. *Per Dñm. Secreta.

SUscipe Dómine, quæsumus, pro animábus famulórum tuórum Pontíficum, seu Sacerdótum, quas offérimus hóstias: ut quibus in hoc século Pontificále, seu Sacerdotále donásti méritum, in cælésti regno Sanctórum tuórum júbeas jungi consórtio. Per Dñm. Postcomm.

PRosit, quæsumus Dómine, animábus famulórum tuórum Pontíficum, seu Sacerdótum, misericórdiæ tuæ imploráta cleméntia, ⸮ ut ejus in quo speravérunt & credidérunt, ætérnum cápiant te miseránte consórtium. * Per Dóminum.

In Anniversario mensis Maii.

Dicitur Missa, ut suprà in Anniversario Defunctorum. 20.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, cui numquam sine spe misericórdiæ supplicátur, ⸮ propitiáre animábus famulórum famularúmque tuárum, * ut qui de hac vita in tui nóminis confessióne discessérunt, ⸮ sanctórum tuórum número fácias aggregári. * Per Dóminum.

Secreta.

PRopitiáre, quæsumus Dómine, animábus famulórum famula-

rúmque tuárum, pro quibus tibi hóstias placatiónis offérimus; & quia in hac luce, in fide mansérunt cathólica, in futúra vita eis retribútio condonétur. Per Dóminum.

Postcommunio.

PRæsta quæsumus omnípotens Deus,* ut ánimas famulórum famularúmque tuárum ab Angelis lucis suscéptas, † in præparáta habitácula dedúci fácias beatórum.* Per Dóminum.

In Anniversario mensis Septembris. Missa ut in Anniversario Defunctorum. 20. Oratio.

DEus, véniæ largítor & humánæ salútis amátor: † quæsumus cleméntiam tuam, * ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos, & benefactóres, qui ex hoc século transiérunt: † beáta María semper vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis cōsórtium perveníre concédas.* Per Dóminum. Secreta.

DEus, cujus misericórdiæ non est númerus, súscipe propítius preces humilitátis nostræ: & animábus fratrum, propinquórum & benefactórum nostrórum, quibus tui nóminis dedísti confessiónem; per hæc sacraménta salútis nostræ, cunctórum remissiónem tríbue peccatórum. Per Dñm. Postcommunio.

PRæsta quæsumus omnípotens & miséricors Deus:* ut ánimæ fratrum, propinquórum & benefactórum nostrórum, pro quibus hoc sacrifícium laudis tuæ obtúlimus majestáti: † per hujus virtútem sacraménti à peccátis ómnibus expiátæ, lucis perpétuæ, te miseránte, percípiant beatitúdinem.* Per Dóminũ.

In anniversario mensis Novembris. Missa ut in Anniversario Defunctorum. 20. Oratio.

DEus, cui próprium est miseréri semper & párcere, † propitiáre animábus famulórum famularúmque tuárum, & ómnia eórum peccáta dimítte, * ut mortalitátis vínculis absolútæ, † transíre mereántur ad vitam. * Per Dóminum.

Secreta.

ANimas famulórum famularúmque tuárum, quæsumus Dómine, ab ómnibus vítiis humánæ conditiónis hæc absólvat oblátio, quæ totíus mundi tulit immoláta peccátum. Per Dóminum.

Postcommunio.

PRæsta, Dómine quæsumus, animábus famulórum famularúmque tuárum misericórdiam sempitérnam,* ut mortalitátis néxibus absolútæ, † lucem ætérnam possídeant.* Per Dóminum.

IN MISSIS QUOTIDIANIS Defunctorum. Introitus.

REquiem ætérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis. Psalm. Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddétur votum in Jerúsalem: exáudi oratiónem meam, ad te omnis caro véniet. Requiem ætérnam. Psal. 64.

In Missis privatis quæ quotidie celebrantur pro Defunctis. Oratio.

DEus, cui próprium est miseréri semper & párcere, † propitiáre animábus famulórum famularúmque

que tuárum, & ómnia eórum peccáta dimítte, * ut mortalitátis vínculis absolútæ, ꝭ transíre mereántur ad vitam. * Per Dóminum.

In Missa autem quæ dicitur in Conventu prima die vacante cujusque hebdomadæ, prima Oratio.

Deus qui inter Apostólicos Sacerdótes, ut suprà. 21.

Pro defunctis fratribus, propinquis & benefactoribus. Oratio.

Deus, véniæ largítor & humánæ salútis amátor: ꝭ quǽsumus cleméntiam tuam, * ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos, & benefactóres, qui ex hoc sǽculo transiérunt: ꝭ beáta María semper vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas.*

Pro fidelibus Defunctis, generalis Oratio.

Fidélium Deus ómnium cónditor & redémptor: ꝭ animábus famulórum famularúmque tuárum, remissiónem cunctórum tríbue peccatórum: * ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, ꝭ piis supplicatiónibus consequántur. * Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Léctio libri Apocalýpsis beáti Joánnis Apóstoli.

Apoc. 14. In diébus illis: Audívi vocem de cælo dicéntem mihi: Scribe, beáti mórtui qui in Dómino moriúntur. Amodò jam dicit spíritus, ut requiéscant à labóribus suis. Opera enim illórum sequúntur illos.

Graduale. Réquiem ætérnam dona eis Dómine, & lux perpétua lúceat eis. ℣. Animæ eórum in bonis demoréntur, & semen eórum héréditet terram. nec additur Tractus, etiam in privatis Missis.

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem.

In illo témpore: Dixit Jesus turbis Judæórum: Egò sum panis vivus, qui de cælo descéndi. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigábant ergò Judǽi ad ínvicem, dicéntes: Quómodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducándum? Dixit ergo eis Jesus: Amen, amen dico vobis: nisi manducavéritis carnem Fílii hóminis, & bibéritis ejus sánguinem, non habébitis vitam in vobis. Qui mandúcat meam carnem, & bibit meum sánguinem, habet vitam ætérnam: & ego resuscitábo eum in novíssimo die. Ioan. 6.

Offertorium. Dómine Jesu Christe, rex glóriæ, líbera ánimas ómnium fidélium defunctórum de pœnis inférni, & de profúndo lacu: líbera eas de ore leónis, ne absórbeat eas tártarus, ne cadant in obscúrum: sed sígnifer sanctus Míchaël repræséntet eas in lucem sanctam: Quam olim Abrahæ promisísti, & sémini ejus. ℣. Hóstias & preces, tibi, Dómine, laudis offérimus: tu súscipe pro animábus illis, quarum hódie memóriam fácimus: fac eas, Dómine, de morte transíre ad vitam. Quam olim.

In Missis privatis quotidianis. Secreta.

Animas famulórum famularúmque tuárum, quǽsumus Dómine, ab ómnibus vítiis humánæ conditiónis hæc absólvat oblá-

tio, quæ totíus mundi tulit immoláta peccátum. Per Dóminum.

In Missa Conventuali primæ diei vacantis cujusque hebdomadæ.
Secreta prima.

SUscipe Dómine, quǽsumus, pro animábus famulórum tuórum Pontíficum, seu Sacerdótum, quas offérimus hóstias: ut quibus in hoc século Pontificále, seu Sacerdotále donásti méritum, in cæléсti regno Sanctórum tuórum júbeas jungi consórtio. Per Dóminum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, ac benefactoribus. Secreta.

DEus, cujus misericórdiæ non est númerus, súscipe propítius preces humilitátis nostræ: & animábus fratrum, propinquórum & benefactórum nostrórum, quibus tui nóminis dedísti confessiónem; per hæc sacraménta salútis nostræ, cunctórum remissiónem tríbue peccatórum.

Pro omnibus fidelibus defunctis.
Secreta.

HOstias, quǽsumus Dómine, quas tibi pro animábus famulórum famularúmque tuárum offérimus, propitiátus inténde: ut quibus fídei Christiánæ méritum contulísti, dones & prǽmiũ. Per Dñm.

Communio. Lux ætérna lúceat eis Dómine, * Cum sanctis tuis in ætérnum, quia pius es. ℣. Réquiem ætérnam dona eis Dómine: & lux perpétua lúceat eis. Cum sanctis.

In Missis privatis quotidianis.
Postcommunio.

PRæsta, Dómine quǽsumus, animábus famulórum, famularúmque tuárum misericórdiam sempitérnam, * ut mortalitátis néxibus absolútæ, ꝭ lucem ætérnam possídeant. * Per Dóminum.

In Missa Conventuali primæ diei vacantis in qualibet hebdomada.
Postcommunio prima.

PRosit, quǽsumus Dómine, animábus famulórum tuórum Pontíficum, seu Sacerdótum, misericórdiæ tuæ imploráta cleméntia: ꝭ ut ejus in quo speravérunt & credidérunt, ætérnum cápiant te miseránte consórtium. * Per Dóminum.

Pro Defunctis fratribus, propinquis, & benefactoribus.
Postcommunio.

PRæsta quǽsumus omnípotens & miséricors Deus: * ut ánimæ fratrum, propinquórum & benefactórum nostrórum, pro quibus hoc sacrifícium laudis tuæ obtúlimus majestáti: ꝭ per hujus virtútem sacraménti à peccátis ómnibus expiátæ, lucis perpétuæ, te miseránte, percípiant beatitúdinem. *

Pro omnibus fidelibus defunctis.
Postcommunio.

ANimábus, quǽsumus Dómine, famulórum famularúmque tuárum orátio profíciat supplicántium: * ut eas & à peccátis ómnibus éxuas, ꝭ & tuæ redemptiónis fácias esse partícipes. * Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Per totum solemne Tricenarium Septembris, tam in Missa Conventuali primæ diei vacantis in qualibet hebdomada, quàm in Missis privatis quotidianis dicuntur Orationes, Deus véniæ. Deus cui próprium. & Fidélium. In Officio autem mensis, fit ut in aliis temporibus.

ORATIONES

ORATIONES DIVERSÆ PRO DEFUNCTIS.

¶ In die depositionis, & anniversario summi Pontificis, dicitur prima Missa ut suprà in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum. 17. præter Orationes, quæ dicuntur ut infrà. Oratio.

DEus, qui inter summos Sacerdótes fámulum tuum N. ineffábili tua dispositióne connumerári voluísti: ✠ præsta quǽsumus: ut qui unigéniti Fílii tui vices in terris gerébat, ✠ sanctórum tuórum Pontíficum consórtio perpétuo aggregétur. * Per eúmdem Dñm. Secreta.

SUscipe, Dómine quǽsumus, pro ánima fámuli tui N. summi Pontíficis, quas offérimus hóstias: ut cui in hoc século Pontificále donásti méritum, in cæléſti regno Sanctórum tuórum júbeas jungi consórtio.

Postcommunio.

PRosit, quǽsumus Dómine, ánimæ fámuli tui N. summi Pontíficis, misericórdiæ tuæ imploráta cleméntia: ✠ ut ejus, in quo sperávit & crédidit, ætérnum cápiat, te miseránte, consortium. * Per Dóminum.

Pro defuncto Episcopo dicitur prima Missa, ut suprà in Commemoratione omnium fidelium defunctorum. 17. Orationes verò ut infrà.

Oratio.

DEus qui inter Apostólicos sacerdótes, fámulum tuum N. Pontificáli fecísti dignitáte vigére, * præsta quǽsumus, ✠ ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórtio. * Per Dóminum. Secreta.

SUscipe Dómine, quǽsumus, pro ánima fámuli tui N. Pontíficis, quas offérimus hóstias: ut cui in hoc século Pontificále donásti méritum, in cæléſti regno Sanctórum tuórum júbeas jungi consórtio. Per Dñm.

Postcommunio.

PRosit, quǽsumus Dómine, ánimæ fámuli tui N. Pontíficis, misericórdiæ tuæ imploráta cleméntia: ✠ ut ejus, in quo sperávit & crédidit, ætérnum cápiat, te miseránte, consórtium. * Per Dóminum.

Pro defuncto Sacerdote dicitur eadem Missa, & dicuntur eædem Orationes ac pro Episcopo, sed ubi dicitur Pontificáli, dicatur Sacerdotáli, & pro, Pontíficis, dicatur, Sacerdótis.

Pro Episcopo Cardinali defuncto dicatur, fámulum tuum N. Epíscopum Cardinálem Pontificáli fecísti dignitáte, &c.

Pro Presbytero Cardinali dicatur, fámulum tuum N. Presbýterum Cardinálem Sacerdotáli fecísti, &c.

Pro Diacono autem Cardinali dicitur Oratio, Inclína Dómine, quæ habetur paulò infrà, hoc modo, ut ánimam fámuli tui N. Diáconi Cardinális, quam de hoc, &c.

Pro defuncto Episcopo.

Alia Oratio.

DA nobis, Dómine, * ut ánimam fámuli tui N. Epíscopi, quam de hujus séculi eduxísti labo-

rióso certámine, ⁊ Sanctórum tuórum tribuas esse consórtem. * Per Dóminum.

Secreta.

ANnue nobis, quǽsumus Dómine, ut ánimæ fámuli tui N. Epíscopi hæc prosit oblátio : quam immolándo, totíus mundi tribuísti relaxári delícta. Per Dóminum.

Postcommunio.

HIs sacrifíciis, quǽsumus omnípotens Deus, purgáta ánima fámuli tui N. Epíscopi, ⁊ ad indulgéntiam & refrigérium sempitérnum perveníre mereátur. * Per Dóminum.

Pro defuncto Sacerdote.

Et possunt dici pro pluribus in numero plurali. Oratio.

PRæsta quǽsumus Dómine: * ut ánima fámuli tui N. Sacerdótis, quem in hoc século commorántem, sacris munéribus decorásti, ⁊ in cælésti sede glorióſa semper exúltet. * Per Dóminum. Secreta.

SUscipe Dómine, quǽsumus, pro ánima fámuli tui Sacerdótis quas offérimus hóstias : ut cui Sacerdotále donásti méritum, dones & prǽmium. Per Dóminum.

Postcommunio.

PRæsta quǽsumus omnípotens Deus : ⁊ ut ánimam fámuli tui N. Sacerdótis in congregatióne justórum ætérnæ beatitúdinis júbeas esse consórtem. * Per Dóminum.

Pro uno defuncto. Oratio.

INclína Dómine aurem tuam ad preces nostras, ⁊ quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur : * ut ánimam fámuli tui, quam de hoc século migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas ; ⁊ & Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. * Per Dóminum nostrum.

Secreta.

ANnue nobis, quǽsumus Dómine, ut ánimæ fámuli tui hæc prosit oblátio : quam immolándo, totíus mundi tribuísti relaxári delícta. Per Dóminum.

Postcommunio.

ABsólve, quǽsumus Dómine, ánimam fámuli tui ab omni vínculo delictórum : ⁊ ut in resurrectiónis glória inter sanctos & eléctos tuos resuscitátus respíret. * Per Dóminum nostrum.

Pro una defuncta. Oratio.

QUǽsumus Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ : * & à contágiis mortalitátis exútam, ⁊ in ætérnæ salvatiónis partem restítue. * Per Dóminum.

Secreta.

HIs sacrifíciis, quǽsumus Dómine, ánima fámulæ tuæ à peccátis ómnibus exuátur, sine quibus à culpa nemo liber éxtitit: ut per hæc piæ placatiónis offícia, perpétuam misericórdiam consequátur. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

INvéniat, quǽsumus Dómine, ánima fámulæ tuæ lucis ætérnæ consórtium : ⁊ cujus perpétuæ misericórdiæ consecúta est sacraméntum. * Per Dóminum.

Pro patre & matre Sacerdotis.

Oratio.

DEus, qui nos patrem & matrem honoráre præcepísti, * miserére cleménter animábus patris & matris meæ, eorúmque peccáta

dimítte: ✠ méque eos in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére. * Per Dóminum nostrum. Secreta.

SUscipe sacrifícium, Dómine, quod tibi pro animábus patris & matris meæ óffero: eísque gáudium sempitérnum in regióne vivórum concéde: méque cum illis felicitáti Sanctórum conjúnge. Per Dóminum.

Postcommunio.

CÆléstis participátio sacraménti, quǽsumus Dómine, animábus patris & matris meæ réquiem & lucem obtíneat perpétuam: ✠ méque cum illis grátia tua corónet ætérna. * Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum.

Si pro patre tantùm, vel matre tantùm, dicatur in singulari.

Oratio.

DEus, qui nos patrem & matrem honoráre præcepísti: ✠ miserére cleménter ánimæ patris mei, vel matris meæ, ejúsque peccáta dimítte: ✠ méque eum, vel eam, in ætérnæ claritátis gáudio fac vidére. * Per Dóminum.

Secreta.

SUscipe sacrifícium, Dómine, quod tibi pro ánima patris mei, vel matris meæ, óffero: eíque gáudium sempitérnum in regióne vivórum concéde: méque cum illo, vel illa, felicitáti Sanctórum conjúnge. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

CÆléstis participátio sacraménti, quǽsumus Dómine, ánimæ patris mei, vel matris meæ, réquiem & lucem obtíneat perpétuam: ✠ méque cum illo, vel illa, grátia tua corónet ætérna. * Per Dóminum nostrum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, ac benefactoribus. Oratio.

DEus, véniæ largítor, & humánæ salútis amátor: ✠ quǽsumus cleméntiam tuam, * ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos, & benefactóres, qui ex hoc sǽculo transiérunt: ✠ beáta María semper vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas. * Per Dóminum nostrum.

Secreta.

DEus, cujus misericórdiæ non est númerus, súscipe propítius preces humilitátis nostræ: & animábus fratrum, propinquórum & benefactórum nostrórum, quibus tui nóminis dedísti confessiónem; per hæc sacraménta salútis nostræ, cunctórum remissiónem tríbue peccatórum. Per Dóminum.

Postcommunio.

PRæsta quǽsumus omnípotens & miséricors Deus: * ut ánimæ fratrum, propinquórum & benefactórum nostrórum, pro quibus hoc sacrifícium laudis tuæ obtúlimus majestáti: ✠ per hujus virtútem sacraménti à peccátis ómnibus expiátæ, lucis perpétuæ, te miseránte, percípiant beatitúdinem. * Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Pro his qui in cœmeterio requiescunt. Oratio.

DEus, cujus miseratióne ánimæ fidélium requiéscunt: ✠ fámulis & famulábus tuis, & ómnibus hìc & ubíque in Christo quiescéntibus, da propítius véniam pec-

catórum : * ut à cunctis reátibus absolúti, ☩ tecum sine fine læténtur. * Per eúmdem Dóminum. Secreta.

PRo animábus famulórum famularúmque tuárum, & ómnium catholicórum hìc & ubíque in Christo dormiéntium, hóstiam, Dómine, súscipe benígnus oblátam : ut hoc sacrifício singulári, vínculis horréndæ mortis exúti, vitam mereántur ætérnam. Per eúmdem Dóminum.

Postcommunio.

DEus, fidélium lumen animárum, ☩ adésto supplicatiónibus nostris :* & da fámulis & famulábus tuis, quorum córpora hìc & ubíque in Christo requiéscunt, ☩ refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem. * Per eúmdem Dóminum nostrum.

Alia pro pluribus Defunctis. Oratio.

ANimábus, quǽsumus Dómine, famulórum, famularúmque tuárum misericórdiam concéde perpétuam : ☩ ut eis profíciat in ætérnum, quòd in te speravérunt & credidérunt. * Per Dñm. Secreta.

HIs, Dómine quǽsumus, placátus inténde munéribus : & quod ad laudem tui nóminis supplicántes offérimus, ad indulgéntiam profíciat Defunctórum. Per Dóminum. Postcommunio.

SUpplices, Dómine, pro animábus famulórum famularúmque tuárum preces effúndimus, obsecrántes : * ut quidquid conversatióne contraxérunt humána, & cleménter indúlgeas, ☩ & in tuórum sede lætántium constítuas redemptórum. * Per Dóminum.

¶ Notandum est quòd pro Abbate habente usum Mitræ, & Pontificalium, dicitur Oratio. Deus qui inter Apostólicos Sacerdótes. eodem modo, quo supra notatur pro Episcopo : & pro non habente, ea quæ assignatur pro Sacerdote defuncto : nec umquam mutantur Orationes propriæ pro Papa, Cardinali, Episcopo, & Sacerdote, etiam in die obitus, ac tertio, septimo, trigesimo, & anniversario, nec in aliis quibuslibet diebus, quamvis in his nulla fiat mentio hujusmodi dierum.

In Absolutione quæ fit post Missam solemnem ad lecticam, cujus ritus fusè explicantur in rubricis generalibus ; cantato à choro ℟. Libera me, & ℣. Kyrie eléison, Celebrans dicit, Pater noster, & secretò reliqua prosequitur, aspersionem & thurificationem circa lecticam faciens, postea dicit ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ☩ ℣. A porta ínferi. ☩ ℣. Requiéscat in pace. ☩ Dómine exaúdi oratiónem meam. ☩ Dñs vobíscum. ☩ Orémus. ☩

ABsólve, quǽsumus Dómine, ánimam fámuli tui N. ab omni vínculo delictórum : * ut in resurrectiónis glória inter sanctos & eléctos tuos resuscitátus respíret. Per Christum Dóminum nostrum. ☩ ℟. Amen.

Deinde Celebrans dicit ℣. Réquiem ætérnam ✠ dona ei Dñe, ☩ & Cantores, Requiéscat in pace. Quæ Absolutio dicitur pro quacumque persona, addito dignitatis Pontificiæ seu Sacerdotalis titulo post nomen propriũ.

PROSA.

Dies iræ, dies illa,
Soluet sæclum in fauilla,
Teste Dauid cum Sibilla.
Quantus tremor est futurus,
Quando Iudex est venturꝰ,
Cuncta strictè discussurꝰ.
Tuba mirum spargens sonũ,
Per sepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum.
Mors stupebit, & natura,
Cum resurget creatura,
Iudicanti responsura.
Liber scriptus proferetur,
In quo totum continetur,
Vnde mundus iudicetur.
Iudex ergo sedebit,
Quidquid latet apparebit,
Nil inultum remanebit.
Quid sum miser tũc dicturꝰ?
Quem patronum rogaturꝰ?
Cum vix iustus sit securꝰ.
Rex tremendæ maiestatis,
Qui saluandos saluas gratis,
Salua me fons pietatis.
Recordare IESU pie,
Quod sum causa tuæ viæ,
Ne me perdas illa die.
Quærens me, sedisti lassus
Redemisti, crucem passus;
Tantus labor non sit cassus.
Iuste Iudex ultionis,
Donum fac remissionis
Ante diem rationis.
Ingemisco, tanquam reus;
Culpa rubet vultus meus,
Supplicanti parce Deus.
Qui Mariam absoluisti,
Et latronem exaudisti,
Mihi quoque spem dedisti.
Preces meæ non sunt dignæ;
Sed tu bonus fac benignè,
Ne perenni cremer igne.
Inter oues locum præsta,
Et ab hœdis me sequestra,
Statuens in parte dextra.
Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis,
Voca me cum benedictis.
Oro supplex & acclinis,
Cor contritum quasi cinis,
Gere curam mei finis.
Lacrymosa dies illa,
Qua resurget ex fauilla
Iudicandus homo reus.
Huic ergo parce Deus,
Pie Iesu Domine,
Dona eis requiem Amen.

BENEDICTIO AQUÆ
diebus Dominicis.

EXORCISMUS SALIS
✠

℣. Adiutorium nostrum ✠ in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terram.

Exorcizo te creatura salis, per Deum ✠ vivum; per Deum ✠ verum; per Deum san✠ctum; per Deum, qui te per Elizæum Prophetam in aquam mitti iussit, ut sanaretur sterilitas aquæ: ut efficiaris sal exorcisatum in salutem credentium; ut sis omnibus te sumentibus sanitas animæ et corporis: & effugiat, atque discedat in loco, a quo aspersum fueris, omnis phantasia & nequitia, vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundus; adiuratus per eum, qui venturus est iudicare vivos & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Benedictio salis.
Oremus.

Immensam clementiam tuam omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus; ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, bene✠dicere, & sancti✠ficare digneris: ut sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis; & quidquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditia: omnique impugnatione spiritualis nequitiæ. Per Dominum nostrum.

EXORCISMUS AQUÆ

Exorcizo te creatura aquæ in nomine ✠ Dei Patris omnipotentis; & in nomi✠ne Iesu Christi Filÿ eius Domini nostri; & in virtute Spi✠ritus sancti: ut fias aqua exorcizata, ad effugandam omnem potestatem inimici; & ipsum inimicum eradicare, & explantare valeas, cum Angelis suis apostaticis: per virtutem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare vivos & mortuos & sæculum per ignem.

Benedictio Aquæ.
Oremus.

Deus qui ad salutem humani generis, maxima quæque sacramenta in aquarum substantia condidisti; adesto invocationibus nostris: & elemento huic multimodis purificationibus præparato virtutem tuæ bene✠dictionis infunde; ut creatura tua mysterÿ tui tibi serviens, ad abiciendos dæmones, morbosq́ pellendos, divinæ gratiæ sumat effectum; ut quicquid in locis vel domibus fidelium hæc unda resperserit, careat omni immunditia; liberetur a noxa: non illuc resideat spiritus pestilens; non aura corrumpens: discedant omnes insidiæ latentis

inimici? & si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet aut quieti, aspersione huius aquæ effugiat: ut salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita? ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum.

Hic mittatur sal in aquam in modum crucis, dicaturque.

Commixtio salis & aquæ pariter fiat, In no✠mine Patris, & Filij, & Spiritus sancti Amen.

Dominus vobiscum.

Oremus.

Deus invictæ virtutis author & insuperabilis imperij Rex ac semper magnificus triumphator? qui adversæ dominationis vires reprimis? qui inimici rugientis sævitiam superas? qui hostiles nequitias potenter expugnas? te, Domine, trementes ac supplices deprecamur, ac petimus: ut hanc creaturam salis & aquæ dignanter aspicias? beni✠gnus illustres pietatis tuæ rore sancti✠fices: ut ubicunque fuerit aspersa, per invocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur? terrorque venenosi serpentis procul pellatur: & præsentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus ubique adesse dignetur. Per Dominum. eiusdem.

RECONCILIATIO.

Pallarum, Corporalium, & Linteaminum Sacrorum post lotionem.

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus innocentiæ restitutor, qui per Moysen famulum tuum præcepisti, Sacerdotibus, & Ministris ut Sanctuarij vestes nitidæ asservarentur, & maculatæ mundarentur, ne quid inesset, quod tuæ oculos offenderet Majestatis, tibi has vestes tua benedictione consecratas referimus mundas & nitidas: suppliciter deprecantes, ut eas in usum ministerij tui pristinum placidus ac benignus reassumere digneris, quatenus sacrificium tibi acceptum & salutiferum super eis offerre valeamus. Per Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus in sæcula sæculorum Amen.

Deinde aspergit aqua benedicta submittendo.

Reconciliare, & ad usum pristinum sacri ministerij renovare. In Nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ Sancti Amen.

renov. 28 VII. 1943

HJ.

MISSAE DEFUNCTORUM PARIS 1